

Quod ei videri Marcellina videns
cum filia sua Lucia a tota familia
a sancto fortunato presbitero bap-
tisma suscepit. Et post hoc sancto-
rum corpora honorifice sepeliuit.

De nomine sancte Petronille
Petronilla dicitur a petens a
throno quod est sedes a illam
quasi petens thronum illarum. Vir-
ginum:

De sancta Petronilla.

Petronilla cuius vitam be-
atus Marcellus scripsit: fu-
it filia sancti Petri ap-
pli. Que cum nimis speciosa esset. a ex
voluntate patris febribus labora-
ret: discumbentibus apud eam disci-
pulis dixit ad eum Titus. Cum om-
nes a te sanentur infirmis: que Pe-
tronilla iacere permittis. Cui Pe-
trus? Quia sic ei expedit Veritatem
ne imputetur impossibilitas sani-
tatis eius meis sermonibus excusari
ait ad illam. Surge Petronilla ve-
lociter a ministra nobis. Que statim
sanata surrexit a ei misitavit. Co-
pleto autem ministerio dixit ei pe-
trus. Petronilla redi ad lectum tuum
Que statim rediit a ut prius febrim
laborare cepit. At ubi in dei no-
mine cepit esse perfecta: eam perfecte sa-
navit. Comes igitur Placcus ad eam
venit ut ipsam propter eius pulchri-
tudinem acciperet in uxorem. Cui il-
la respondit. Si me in uxorem habere
desideras iube ad me virginem veni-
re: que me usque ad domum tuam de-
beat associare. Quas cum ille pa-
raret Petronilla ieiuniis a orationi-
bus insistere cepit. Et corpus domi-

luscipiens: ac in lecto se inclinatans
post triduum ad deum migravit.
Placcus autem delusum se videns
ad Feliculam sociam Petronille se
converterat. Et ut aut sibi nuberet: a
pro dolis immolaret: precepit. Quod
cum illa utrumque renueret prefe-
ctus eam vii. diebus sine cibo a po-
tu in carcere esse fecit: ac postmo-
dum in cuculo tortam occidit: ac
eius corpus in cloacam proiecit. Quod
tamen sanctus Nichodemus eleuans
sepeliuit. Vnde a Placco comite Ni-
codemus accessit ut a sacrificare re-
nuens plumbatis occideret a Ty-
beris corpus proieceret: a Iustio eius
derico leuatur a honorifice sepeliit.
De sancto Erasmo legenda: que
in fine.

De sancto Petro exorcista.

Petrus exorcista dum ab
Archemio in carcere deti-
neretur a predicti Arche-
mii filia a demone vexaretur a ob
hoc a patre sepius plangere. Di-
xit ei Petrus quod si in Christo credere
statim filia eius sanitatem reciperet.
Cui Archemius? Miror qua ratione
deus tuus filiam meam liberare poterit
qui te tanta pro eo patientem libera-
re non valet. Cui Petrus. Potens
quidem est deus me eripere me: sed
vult ut pro passionem transitoriam
perueniamus ad gloriam sempiternam.
Cui Archemius? Si me super te
catenas duplicem deus tuus libe-
rauerit a filiam meam liberauerit pro-
pter in ipsum credam. Quod cum factum
isset sanctus Petrus cecidit a se sub
indutus a tenens signum crucis eius